Hic Aresto. ex p̄dicia p̄ditione intellectus sc̄z q̄ est passibilis passione p̄ficiua excludit naturā intellectus sc̄z q̄ intellectus est immixtus ex rebus corporalibus id est nō compositus ex naturis rerū corporalium sicut dicebant antiqui. Arguebant em̄ sic. necesse ēē intellectū ēē compositū ex omnibus reb⁹ ut omnia cognosceret. q̄a simile a sili cognoscit. H̄ Aresto. arguit p̄cise oppositū sic. Si intellectus dī cognoscere oīs res sicut cognoscit q̄ est necesse q̄ nō habeat compositionē in se aliaz rerū. quia int̄ existens prohibet extranē. i. si intellectus haberet in se compositionē ex aliquib⁹ rebus intelligibilib⁹ tñc impediret ne posset alia intelligere. & sile est de sensu quia si sensus ēē compositus ex reb⁹ sensibilibus tunc impediret a cognitione sensibilium sic si pupilla oculi ēē colorata aliq̄ colore tñc nō videret alios calores. & iō vult. Ar. q̄ intellectus nō p̄t ēē alicuius determinate nature materialis. nec etiā p̄t ēē compositus ex omnibus rebus quia ex vtrōq; impediret ab intelligibilitate aliaz rerū. Et in h̄ etiam concordabat Anaxagoras qui posuit intellectum esse immixtum. dicit em̄ Anaxagoras q̄ intellectus est immixtus ex omnibus rebus corporalib⁹ ut ipsis imperaret. i. suo impio om̄es res corporales moueret. Circa qđ norandū q̄ Anaxagoras posuit p̄ principio tori entis vñi cahos p̄fusū in quo sīl p̄tinerent p̄fusū. i. sine ordine oīa q̄ sūt in vñiurso. ad hoc autē q̄ ex illis reb⁹ p̄stitueret vñiersum requirebat q̄ haberent ordinē adiunīcēm sicut iam h̄nt clementa admixta. istū autē ordinē acquirebat ab uno intellectu segregate talia corpora ex cahos p̄fusū. Ex quo p̄z q̄ iste intellectus habuit impium supra om̄es alias res corporales. si em̄ iste intellectus esset corporalis tñc nō haberet impium supra res corporales quia patiē

## Liber

In parem non h<sub>3</sub> i imperiu<sub>m</sub> vt dicit regula iuris  
**Queritur** Utrū positiō Anarogore posset  
aliquāt̄ eē vera. Dōm q̄ positiō Anarogore  
nō pōt̄ eē vera de intellectu humano de q̄ A<sub>r</sub>.  
loq̄tur hic. quia ille nō p̄t oibus rebus natura-  
libus imperare cū nō sit supra res naturales v<sub>l</sub>  
corpales sed naturaliter p̄iunct̄ corpori. Potest  
tū illa opinio eē vera de intellectu diuino quia  
intellectus diuini h<sub>3</sub> imperiu<sub>m</sub> supra oia corpora  
et iā in principio res fuerūt p̄ducte absq; illa  
distinctione quā iam h<sub>3</sub> t postea fuerūt trib<sub>o</sub>  
dieb<sup>o</sup> distincte. vel pōt̄ dici loq̄ndo de intellec-  
tu diuino q̄ res fuerunt in cahos p̄fuso. id est  
in nihilo ante p̄ductionē rez t ex tali cahos. i.  
nihilo res sunt p̄ talē intellectu p̄ducte. Deficit  
ergo Anaragoras in hoc q̄ dixit in cahos p̄fu-  
so res persistere s̄m subaz q̄ est falsū quia sunt a-  
deo ex nihilo p̄ducte.

## Dico at intellectu<sub>3</sub>

Hic Aresto. exponit de q̄ intellectu intelligat  
dictū suū. Et dicit q̄ suū dictū debeat intelligi  
de intellectu quo aīa opinat̄. i. cognoscit p̄tingē-  
tia que subduntur opinioni. t intelligit q̄ ad  
necessaria que cadūt sub scientia vcl sub intelle-  
ctu. t hoc dicit ad excludendū intellectu diui-  
ni de quo loquitur Anaragoras Deinde p̄clu-  
dit contra antiquos q̄ aīa est nihil actu eoz q̄  
sunt ante intelligere. i. q̄ aīa nō est in actu ali-  
qd̄ intelligibiliū anteq̄ intelligit q̄a qn̄ intelli-  
git tunc intelligibilia h̄nt in aīa s̄m suas sp̄es  
t ideo postq̄ intelligit tunc sunt res in aīa sed  
nō ante intelligere. in hoc em̄ differt intellect<sup>o</sup>  
noster ab intellectu diuino q̄a intellectus diui-  
nius etiā anteq̄ intelligit est in actu. q̄a nō in-  
telligit p̄ sp̄es acceptas a reb<sup>o</sup> sed intelligit oia  
p̄ sua eentia in qua oia vident̄.

Arguit. Intellectus est alicui<sup>o</sup> determinate  
nature. g nullas als res p̄t intelligere. Dōm  
q̄ natura accipit duplī. Uno mō p̄ natura coz  
pali. t sic est verū q̄ si intellect<sup>o</sup> haberet aliquā  
determinata natura corpale tūc nō posset oia i-  
telligere. Alia est natura spiritual<sup>o</sup> t illa nō ipe-  
dit intellectionē. Et rō est quia q̄sto aliqd̄ est  
plus segregatū a materia tanto est pl<sup>o</sup> capax ali-  
az formaz. qz ergo intellectus est imaterialis  
g. p̄t in se recipere formas t sp̄es intelligibiles om-  
niū rez corporalū

Arguitur. Intellectus est aliquid intelligi-  
biliū ante intelligere ergo Aresto. in conuenienter  
ponit istā p̄positionē pbatur qz intellectus p̄t  
seipsum intelligere. Dōm q̄ duplicita sunt in  
telligibilia. Quedā sunt que p̄imo t p̄prie p̄

## Tercius

intellectū cognoscunt̄ t s̄nt illa cui<sup>o</sup> sp̄es intel-  
ligibiles sunt in intellectu. t de talibus loqui<sup>o</sup>  
Aresto. q̄a sic intellect<sup>o</sup> anteq̄ intelligit nō est  
aliquid talū intelligibiliū. talia em̄ intelligi-  
bilia sunt q̄ditates rerū materialiū. Alia sunt  
intelligibilia que nō p̄mo sed ex sequēti t se-  
cūdario cognoscunt̄ sicut sunt ipsa pōna intel-  
lectua habitus intellectualis actus intellect<sup>o</sup>  
t eentia aīe. t tunc propositio est falsa quia in-  
tellectus est vel h<sub>3</sub> in se talia intelligibilia ante-  
q̄ incipiat intelligere t q̄a seipsum intelligit iō  
e aliqd̄ intelligibiliū an intelligere

## Neq̄ misceri ē ra.

Hic p̄n̄ Aresto. oīt q̄ intellectus nō sit virt<sup>o</sup>  
organica t hoc ideo q̄a prius dictum est q̄ sicut  
se h<sub>3</sub> sensibile ad sensum sic se h<sub>3</sub> intelligibile  
ad intellectū. cū ergo sensus sit virtus organi-  
ca idē videt dōm de intellectu. hoc ergo exclu-  
dit Aresto. t vult q̄ intellectus nō misceſ cor-  
pori sc̄z fm̄ organū. qd̄ sic probat. Si intelle-  
ctus esset in organo corporeo tūc nō posset om̄ia  
corpalia intelligere. sed intellect<sup>o</sup> intelligit oia  
corpalia. ergo nō est i organo corporeo. Minor  
p̄ q̄a quiditas rei materialis est obiectū nī in-  
tellectus. t sic intelligit omnē quiditatē mate-  
rialem. Maiorē probat Aresto. q̄a q̄libet potē  
tia organica p̄format organo. t ideo si organū  
in se habeat aliquā formā obiecti tunc non pōt  
alicqd̄ obiecti cognoscere. vt si oculus habeat in  
se aliquē colorem tūc nō pōt pōna visuua videre  
aliquem colorem.

Arguit. Oculus qñq̄ est calidus t qñq̄ fri-  
gidus t tūc nō pōt cognoscere oia visibilia. ergo nō  
est verū q̄ organū h̄ns in se aliquā qualitatē  
impeditur a cognitione alior̄ obiector̄. Di-  
cendū q̄ nō est sic intelligendū q̄ organū h̄ns  
in se formā cuiuscūq̄ obiecti impedit a cogni-  
tione alior̄. sed organū h̄ns in se formā sui ob-  
iecti impedit a cognitione alior̄. sic ad proposi-  
tum obiectū intellect<sup>o</sup> est q̄ditas rei materialis  
in om̄ini. si ergo organū eius esset q̄litercunq̄  
oppositū ex aliqua re materiali tunc impedit  
intellectus a cognitione aliaz rez materialuz  
quia quelbz res materialis p̄tneſ sub obiecto

## Et bene iāz dicētes

Hic h̄n̄ adaptat hoc qd̄ dictū est de opinione  
antiquor̄ quia em̄ dictū est q̄ intellect<sup>o</sup> nō pōt  
esse in organo corporeo ex hoc q̄ tunc nō recipet  
spes aliaz rerū. bene dicebant antiqui q̄ aīa  
esset locus sp̄ez intelligibiliū nō tūq̄ quilibet s̄

dā intellectuā qz intellectū nō est habēs organū. sed alie potētē vegetatūe t sensitūe sūt in aliqz organis corporalibz. qzniis ergo possit dīci de sensibz p̄ticularibz qz sūt loca speciez. qz visus recipit sp̄es visibilū. audiz sp̄es audiibilū. et sic de alijs. nō tū potest vlt̄ dīci. qz ali quis sit loc vlt̄ omnīa speciez qz intellectū.

**Querit.** Quē errorē hic excludit. Aresto. Lū dicit aīḡz esse locū sp̄ez. Dōm qz hic excludit opinio Auct̄ne. qui dicit qz i intellectu nostro nō maneat sp̄es intelligibiles post actualem itellectionē. hoc aut̄ est cōtra naturam loci qz loc habet cōseruare locatū. si ergo sp̄es intellegibiles nō reseruarēt in itellectu nostro impti p̄ter dicere qz itellectū esset locus speciez.

**Arguit.** Si itellectus esset loc sp̄ez. seq̄ retur qz species nō essent subiectate in intellectu qz locatū nō est subiectatū in loco. Dōm qz ista locutio est metaphorica et silitudinaria et ideo nō oportet qz sit silitudo fīm omnia. s̄z sufficit silitudo fīm aliqua. Est ergo quadruplex silitudo. Prīa est. sicut loc termiñat p locatū ita intellectū termiñat ad opandū p species intelligibiles. qz ppter diuersas sp̄es intelligibiles opatur diuersa. Potest etiā vn loc successiue multa locata in se recipe. ita intellectus suscipe pōt successiue plures species intelligibiles. Itē locus h̄is in se vnū locatū nō pōt naturaliter aliud recipe. sic etiā intellectus nō pōt recipere plures species intelligibiles illis simul vterendo quia qn vtitur vna specie intelligibili nō pōt simul alia vti. Secunda silitudo est. sicut loc est p̄seruatū locati ita intellectus est p̄seruatū nūs specierū intelligibiliū. et ideo dicitur intellectū memoria quia p̄seruat species intelligibiles. et ista silitudinem tangit Aresto. in textu. Tertiā silitudo est. sicut locus est principium generationis rex genitaz. sic intellectū agēs est principium generationis speciez intelligibilium. Quarta est. sicut vnuqz dōqz tendit in suū locuz naturale ita sp̄es sensibiles accepte sub lumine intellectus agentis naturalis tendit ad intellectū possiblē. Est tū dīna inter intellectū t locū t sp̄em intelligibile t locatū. quia locatū nō est in loco subiectum. sed sp̄es intelligibilis est in intellectu subiectum.

**Arguitur.** Species intelligibiles sūt singulares. ergo sunt i aliqua pōna organica. vna t̄z quia individualitatis fit p materia. Dōm qz dupl̄citer aliquid dī singulare. Uno mō pmo et p se t qd sic est singulare hoc ē in materia. Alio mō aliquid est singulare et pseq̄nti qz sc̄z est in aliquo qd vlt̄ius est in alio qd est in materia

t qzniis talis singularitas originaliter fit ex materia. nō tū est prime ex materia. t sic est de sp̄e intelligibili qz species intelligibilis prime est i intellectu qz ē imaterialis. t vlt̄is intellectū ē in anima. et aīa in corpe. aīa ergo immediate individualis ex corpe sed intellectū habet individualitatem mediata ex corpe quia per animā.

**Querit.** Utru sp̄es intelligibiles semp materialis in intellectu. vlt̄ vtrū ille species sic recepte corrūpanf. Dōm qz postqz sp̄es intelligibiles sūt semel recepte in intellectu nō pūt corrūpi qz sic patz. qz forma existēs in subiecto tripliciter p̄t corrūpi. sed nullo istoz modoz species intelligibilis corrūpit. Corrūpit enim Dīo forma existēs in subiecto a suo contrario. sicut frigiditas existēs i aqua corrūpit ex calore ignis. et sic sp̄es intelligibiles nō possunt corrūpi cū non habet contrariū. Scđo aliqua forma existēs i subiecto corrūpit ad corruptionem subiecti. sic albedo existēs in hoīe corrūpit ad corruptionē hominis. et sic species intelligibiles nō possunt corrūpi. qz sūt i intellectu qui est corruptibilis. Tercio corrūpit aliqua forma existēs in subiecto p defectū cōseruatis. et sic lumen i aere corrūpit deficiēte sole. et sic sp̄es intelligibiles nō possunt corrūpi. qz lumen intellectus agentis est semp p̄sens intellectui possibili. et p cōse quēs semp illuminat species ibi existētes.

**Arguit.** Sp̄es sensibiles corrūpunt in sensu ergo etiā species intelligibiles in intellectu. cōsequēcia t̄z a sili. Dōm qz nō est sile. quia species sensibiles sunt in organis corporalibz. quia sūt in sensibus interioribz. cū ergo accidēs corrūpanf ad corruptionē subiecti pūt sp̄es sensibiles corrūpi ad corruptionē organoz sensitorū. et ideo corrupto corpe non corrūpūt species intelligibiles sicut species sensibiles. possunt etiā sp̄es sensibiles corrūpi p indispositiōnem organoz manet tū organis icorruptis. v̄p̄aret ad sensū.

**Arguit.** Ex hoc sequeret qz sciētia semp maneret in nobis. qz p species intelligibiles nos cognoscim̄ res sed sp̄es manet sp̄es intelligibiles ergo semp manet sciētia. Dōm qz nō est sile de speciebus intelligibiliū et de sciētia. qz species intelligibiles sunt simplices forme crūtētes i intellectu nō habētes p̄trānū vt dictū est. In secunda aut̄ opatione intellectū. et in tercia innēnit contrarietas. in scđa in qua est verū vlt̄ falsū faliū opponit vero. et ideo intellectus in scđa opatione p̄t corrūpi qz̄tum ad eius obiectū sic sc̄z qz intellectū assentiat falso qui p̄t̄ assentit ebat vero. Etiam in tertia opatione intellectus

# Liber

per quam in nobis generatur scientia potest intellectus corrumpti et hoc dupl. **U**no mo p de ceptione argumentonis false. qd sicut per syllogismū demonstratiū generat in nobis scia fīm tertia operationē intellect⁹. ita per syllogismū falsigraphū q̄ trariaf syllogismo demonstratiū generat in nobis error⁹ trarius scientie. et h̄ nō fit per alterationē in intellectu factaz. s; per alterationē factā in fantasía. per h̄ em q̄ aliter disponitūr fantasmatā eliciunt̄ alie ppositōes fīm ordinationē fantasmatū. qd ergo per falsaz argumentationē fantasmatā inordinate disponunt. sic elicunt̄ false ppōes in intellectu et fit deceptio. **A**lio mo ɔtingit sciam perri ab intellectu per obliuionē. **R**atio illius est qd q̄ sic ali quid generat ita etiam ɔseruat et per illi⁹ oppo situm corrumpit. sed scientia in nobis generat per viūm et operationē qd ex actibus sepe reiteratis generat habit⁹. qn ergo aliq̄s nō vtif scientia habita perit habitus ab intellectu. et qd qnq̄ ɔtingit q̄ nō possum⁹ vti scientia pp̄ter in dispositionē sensū interiorū ideo dicit scia cor rumpi per egritudinē

## Quoniam autē non.

Quia dictum est q̄ intellectus est virtus passiua sicut sensus. **H**ic Aristoteles ponit differen tiam inter passibilitatem sensus et intellectus. **E**t intendit Aristoteles q̄ quis tam sensus q̄ intellectus patientur a suis obiectis passione perfectiua. est tamen differentia q̄tum ad obiectum excellenter acceptum. quia excellens sensibile corrumpt sensum. sed excellens intelligible non corrumpt intellectum sed magis perficit ipsum. **R**atio diuersitatis est. quia sensus est virtus in organo corporali et ideo excellens sensibile corrumpt proportionem organi. sed intellectus est virtus immaterialis et ideo non potest corrumpti ad corruptionem organi quia non haber organum. et ideo maxime intelligibilia magis perficiunt ipsum intellectū. **Q**uiā dicit textus sensuum nō est sine corpore sed intellectus est separatus.

**A**rguitur Intellectus non est separatus. p batur quia ab essentia coniuncta non fuit potentia separata sed anima est essentia cōiuncta corpori. ergo ab ea non fuit aliqua potentia separata. **D**icendum q̄ dupl. aliqua eēntia est pīuncta corpori. **U**no mo per informatōz tm et nō per imersionē et sic aia rōnalis ē pīuncta corpori. et a tali forma pīuncta bene p̄t fluere potētia separata. quia q̄uis talis forma sit in corpo re nō tñ habet legem corporis quia est immate-

## Tercius

tialis. **A**lia est essentia pīuncta corpori p̄ infor mationē et imersionē simul quia sequit̄ legē corporis sicut essentie brutorū et aliorū ināatorum et ab essentia sic pīuncta p̄ immersionē nō fuit ponā separata.

**Q**uerit Utz aia delectat pl⁹ dici separata a corpore vel intellect⁹. **D**om q̄ aia rōnalis accipit dupl. **U**no⁹ put includit in se ponas fīctias et vegetatas. et sic aia est min⁹ separata q̄ intellectus. **U**lio mo accipit aia fīm potentias intellectuas tm. et sic aia est plus separata q̄ intellectus. qd tunc intellectus separatur ad separatio nē anime. et ideo separabilitas prius est in aia et postea in intellectu. quia quicqđ repit in caus⁹ et in effectibus hoc potiori mo p̄uenit causa q̄ effectib⁹. sed separabilitas p̄uenit aie sicut cause. ergo pl⁹ p̄uenit aie q̄ intellectui.

**A**rguitur Si intellectus eset separat⁹ ab homine tunc seqret q̄ hō nō eset intellectual. qd est separat⁹ ab aliquo nō deniat ipm. **D**om q̄ dupliciter aliqd est separat⁹ ab alio. **U**no mo illud a quo est sic separat⁹. sicut albedo separata ab homine nō deniat hominē. **A**lio mo aliqd est separat⁹ ab alio fīm opationē q̄uis sit ei pīum intellect⁹ nō opat p̄ aliqd organū corpore tanq̄ in eo existens subiective q̄uis vtat organis sen suū interiorū sicut ipsis sensib⁹ p̄ mīsteriū. si tñ intelligat de essentia aie rōnalis tunc illa etiam dī separata a corpore qd nō dependet a corpore in esse q̄uis bene in fieri. et hoc ideo est qd ipsa non est forma educta de poña materie vtute agentis na turalis sicut alie forme naturales. et iō sicut nō est facta vtute materie seminalis ita nō repēdet qd alie aie virtute seminis p̄ducunt̄. ergo etiaz cū materia corrumput⁹.

**A**rguitur Intellect⁹ impedīt a corpore. qd depen det a corpore et p̄ pīns nō est separat⁹ a corpore. **D**om q̄ dupl. aliqd impedīt p̄ alterū. **U**no mo p̄ se et qd sic impedīt a corpore est in corpore. et sic sicut⁹ impedīt a corpore sicut visus impedīt si oculi in qd sc̄z in sua opatione vtif corpore ministeriali ter q̄uis nō sit in corpore subiective. et qd sic i p̄pedīt a corpore nō est necesse esse in corpore. et sic intellect⁹ impedīt a corpore qd sc̄z intelligit p̄ mi nisteriū sensū interiorū

**O**r. Utz intellect⁹ possibilis de q̄ Ar. hic loquit̄ sit substantia separata. **D**om q̄ Ar. manifeste h̄ p̄parat intellectū ad sensum. vult ergo q̄ sensus nō est sine corpore. i. sine organo

Corpore, sed intellectus est separatus scilicet ab organo corpore, quod autem non posset dici quod intellectus possibilis sit substantia separata. Patet primo per experientiam, quod quilibet in se ipso cognoscit se intelligere secundum quod in ipso sit principium illius operis. Secundo quod nihil de agere formaliter nisi per formam que est in agente, sed homo de agere formaliter intellectus possibilis. Tercio, quod sequeretur quod homo non esset intellectualis vel rationalis, et tunc in homine perfectissima anima esset sensitiva, non enim per forma separata aliquam rem denioare. Quarto si intellectus possibilis esset et substantia separata sequeretur quod unius hominis intellectus possibilis, sequeretur quod illa substantia intelligente omnes intellectus intelligerentur, verum est tamen quod Aquino soluebat istud ultimum argumentum quod species quibus fit intellectus sunt actu in intellectu separato et potentia in fantasmate, et ideo posset intellectus mouere fantasiam unius hominis et non alterius, et sic unus homo intelligeret alio non intelligente, sed istud est magis inconveniens quod cum species intelligibilis sit actus unius actionis esset in diversis subjectis scilicet in intellectu separato et in diversis fantasmatibus.

**A**rguitur. Nisi intellectus sit separatus sequeretur quod intellectus erit corruptibilis. Sequela patet, quia si intellectus numeratur ad numerum corporum tunc pereunte corde perit intellectus.

Dicitur quod duplicitate aliqua forma dependet ab aliqua materia. Uno in fieri et conservari, et sic anima brutorum dependent a materia, quod necessitate est tales animas et fieri et conservari a materia. Alio dependet aliqua forma a materia secundum individuationem quam ad fieri sed non quam ad conservari, et sic anima rationalis in corpore dependet, quod non per fieri in principio nisi a corpore, quod si deus crearet animam rationalem extra corpus tunc esset substantia separata et non anima. Simile est de intellectu qui individuat per actionem a corpore, ut supra dictum est.

**A**rguitur. Si species intelligibiles essent in intellectu singularitate tunc non representarentur velles quod essent individuae. Dicitur quod species intelligibiles capunt duplicitatem. Uno per compunctionem ad subjectum in quo sunt, et sic sunt singulares, quod intellectus est in anima singulari quod individuat ad individuationem corporis. Alio modo compunctiones species intelligibiles ad objectum quod representantur et

sunt velles quod representantur velles. Simile est de statua regis, quod statua regis non representat hunc vel illum regem sed regem in corpore, et hoc contingit ideo quod intellectus noster est immaterialis, et ideo species intelligibilis immaterialis per representare aliquod universaliter quod non potest species sensibilis que est in organo corpore.

**A**lterum. Plures hoies intelligunt unum obiectum ergo habent unam intellectu rationem, una tenet, quod unitas operis sequitur unitate obiecti. Dicitur quod conceptus sive intellectus caput duplicitum. Uno per actum concipiendi, et sic plures hoies non habent unum conceptum, actus enim varians ad variationem principiorum, sic sunt plures intellectus numero, ita sunt plures conceptus numero. Alio accipit conceptus per concepta sive per obiectum, et sic plures hoies per hunc unum conceptum sive intellectum, quod pertinet conceptum hunc obiectum, et sicut est de visu quod plures homines per hunc unum obiectum visus, non autem unum actum videndi. Nec est vera unitas operis sequitur unitate obiecti, sed sequitur unitate forme operantis.

### Lum autem sic fin.

Postquam Aristo determinauit de natura intellectus possibilis, hic consequenter determinat quoniam intellectus dicitur de potentia ad actu. Et primo quoniam dicitur ad actu per speciem intelligibilem, secundum quoniam dicitur ad actu per obiectum. Primo dicitur quod tunc intellectus possibilis fit in actu quoniam sit singulare, id est quoniam recipit in se species intelligibiles omnium rerum, et quoniam recipit tales species tunc per operari per seipsum, et ideo tunc intellectus est in actu et in potentia. Est enim in actu per speciem intelligibilem, et sic est in actu primo, sed est in potentia ad operem, et ideo est in potentia ad actu secundum. Ex quo sequitur quod intellectus est differenter in potentia quoniam habet speciem intelligibilem, et anque recipit eam, quoniam recipit speciem intelligibilem scilicet ante addiscere vel inuenire est in potentia simpliciter, quod est in potentia taliter quod ad actu primum quod ad actu secundum. Sed habens speciem intelligibilem est in potentia ad actu secundum, et habet actu primum, quoniam ergo intellectus sic est in actu, tunc potest seipsum intelligere.

**Q**uenit. Quot dispositioes per hunc intellectus noster. Dicitur quod tres, quod quoniam intellectus est simpliciter in potentia quoniam non dividitur species intelligibiles, sicut est intellectus pueri anque habet visus rationis, quod in intellectu pueri nulla est species intellectus, Alio accipit intellectus permodum est simpliciter in actu quoniam scilicet utrum species intelligibili quoniam in se habet, sicut per modum considerante aliquid in phantasia. Tercio modo intellectus est permodum in actu et permodum in potentia scilicet quoniam habet speciem intelligibilem,

# Liber

per ipsam non considerat. sicut p<sup>z</sup> in ph<sup>o</sup> d<sup>r</sup>,  
muenie. et sic intellect<sup>z</sup> d<sup>r</sup> eē i potētia ppinq fm  
Aresto. scđo hui<sup>z</sup> Tunc ergo intellectus dicit  
in actu qn h<sup>z</sup> spēm intelligibilem sic in textu d<sup>r</sup>

**Q.** Quare Aresto. d<sup>r</sup> in textu q<sup>z</sup> intellect<sup>z</sup>  
h<sup>z</sup> spēm nō ē eodē modo in potētia sicut an/  
te addiscere aut an inuenire. Dōm q<sup>z</sup> hoc d<sup>r</sup>  
ad denotāti q<sup>z</sup> aliq<sup>s</sup> duplicitē p<sup>t</sup> reduci ad a/  
ctum sciēdi sine ad habēdū spēm intelligibilem.  
**U.** p<sup>t</sup> p<sup>priā</sup> inuentionē. t talis mod<sup>z</sup> prin/  
cipaliter fit p<sup>t</sup> sensum visus. Scđo cōtingit per  
hoc q<sup>z</sup> aliq<sup>s</sup> ab alio addiscit. t talis mod<sup>z</sup> acq<sup>t</sup>  
rendi sciām fit p<sup>t</sup> auditū. t hoc ē qd<sup>t</sup> dicit Are/  
sto. q<sup>z</sup> sunt duo sensus discipline scz visus t au/  
dit<sup>z</sup>. q<sup>z</sup> p<sup>t</sup> illos sensu<sup>s</sup> possum<sup>t</sup> disciplinā recipere

**Q.** Querit Lui<sup>z</sup> nature sit spēs intelligibilis.

et vt<sup>z</sup> sit substātia vel accēns.

Dōm q<sup>z</sup> spēs ē accēns exīs in intellectu sc̄ in sub-

iecto qd<sup>t</sup> pbat duab<sup>z</sup> rōnib<sup>z</sup> Prima ē. illud est

forma quo' aliquid est in actu. quia act<sup>z</sup> t for-

ma idem sunt. Sed p<sup>t</sup> spēm intelligibilem intel-

lectus ē in actu. g<sup>z</sup> spēs intelligibilis ē forma

ipius intellect<sup>z</sup>. sed nō p<sup>t</sup> esse forma substātia-

lis. q<sup>z</sup> nō dat esse substātiale alicui materie. g<sup>z</sup>

ē forma accēntalis Scđa rō ē. intellect<sup>z</sup> nī fm

Aresto. ē i poñā. g<sup>z</sup> ē i poñā ad aliquā formā in

formantē. g<sup>z</sup> spēs intelligibilis ē forma infor-

mans intellectū t nō p<sup>t</sup> esse talis forma substā-

tialis. ergo est accidentalis.

**Q.** Querit In q<sup>z</sup> pdicāto sit illa forma accēn-

talism. Dōm q<sup>z</sup> e accēns de p<sup>t</sup>ma spē q<sup>z</sup>litatis.

**A.** q<sup>z</sup> non. q<sup>z</sup> si sic tuc esset habitus v<sup>l</sup> d<sup>r</sup>

dispositio. sed nullū illo<sup>z</sup> ē dōm.

Dōm q<sup>z</sup> est habit<sup>z</sup> q<sup>z</sup> ē q<sup>z</sup>litas difficulter mobilis cū prius

dictū sit q<sup>z</sup> spē maneat i intellectu.

Et qn arguit disponit hoīem ad sciām. g<sup>z</sup> ē dispositio.

Dicē q<sup>z</sup> spēs intelligibilis accipit duplicit.

**U.** mō fm se et absolute. t sic est habit<sup>z</sup>.

q<sup>z</sup> est q<sup>z</sup>itas difficulter mobilis. q<sup>z</sup> nō p<sup>t</sup> remoueri ab intel-

lectu. Alio<sup>z</sup> accipit spēs intelligibilis in ordine

ad sciām q<sup>z</sup> resultat ex spēbus intelligibilibus

sil cū lumine intellectuali. t sic p<sup>t</sup> dicit dispositio

q<sup>z</sup> disponit intellectū ad hoc q<sup>z</sup> talis habitus

resultat in intellectu. Ex qb<sup>z</sup> p<sup>z</sup> q<sup>z</sup> realiter diffe-

runt spēs intelligibilis t sciā q<sup>z</sup>uis enī spēs intel-

ligibilis et sciā sunt de vna spē q<sup>z</sup>litatis. tñ dis-

fert sicut originās et originatū q<sup>z</sup> species intel-

ligibilis ē origo sciā resultatis ex spē et lumine

intellectus.

**A.** Species sensibilis ē eiusdē nature cū

re sensibili. g<sup>z</sup> spēs intelligibilis ent<sup>t</sup> eiusdē na-

ture cū re intellecta. sed res intellecta ē substā-

tia. ergo spēs intelligibilis ē substātia.

Dōs

# Tercius

q<sup>z</sup> nullo modo ē silē de specie intelligibili t sen/  
sibili. quia species sensibilis a toto genere ē ac/  
cidens. t ideo p<sup>t</sup> esse eiusdem nature in organo  
sicut in subiecto. sed species intelligibilis ē ne/  
cessario accēns. q<sup>z</sup> d<sup>r</sup> esse in intellectu sic forma  
q<sup>z</sup> intelligibilita sunt qnq<sup>s</sup> lbe. et sic ē impossibi/  
le q<sup>z</sup> species intelligibilis sit eiusdē nature cū re  
intellecta. quia accidentis non est eiusdem natu/  
recum substantia.

**A.** Arguit Si species intelligibilis est acci/  
dens. ergo accēns erit principiū cognitōis sub/  
stantie. Dōm q<sup>z</sup> dupler ē principiū cognitōis  
misi. Aliqd est qd tenz se ex pte cognoscētis t  
hoc semp erit accēns. q<sup>z</sup> debet esse in cognos/  
te. et sic species intelligibilis ē principiū cogni/  
tionis. q<sup>z</sup> nisi intellectus habeat speciē intelli/  
gibilem non ent<sup>t</sup> in ipso intellectu cognitio.  
Aliud est principiū cognoscētis ex parte rei co/  
gnite sine ex parte rei cognoscibilis. t sic quidē  
est diffinitio rei d<sup>r</sup> principiū cognoscēdi.  
et sic dicimus q<sup>z</sup> vñqdz cognoscimus p<sup>t</sup> suā  
diffinitionem. et illo modo accidentis non ē p<sup>t</sup>  
cipium substantie.

**A.** Arguit Nihil agit vltra suā spēm. g<sup>z</sup> accēns  
nō ē principiū cognitōis substantie. Dōm q<sup>z</sup>  
agere accipit duplicit. **U.** p<sup>t</sup> p<sup>priā</sup> fm q<sup>z</sup> age/  
re est aliquē effectū p<sup>t</sup>ducere. t sic nihil agit v/  
tra suā spēm q<sup>z</sup> effectus causē efficiētis nō d<sup>r</sup>  
esse dignor cā. Alio<sup>z</sup> accipit agere cōmuniter  
p<sup>t</sup> se extendit ad repātare. et sic aliqd p<sup>t</sup>age  
re vltra suā spēm sine naturā. q<sup>z</sup> effectus sunt  
repātatiū suaz causaz. et tñ cā excedit spēz  
effectus. vt imago regis representat regem. et  
tamen imago est accidentis.

# Quoniam at aliud

Postq<sup>z</sup> Aresto. dixit qnō intellect<sup>z</sup> fit in actu  
per spēm intelligibilem. hic dñter determinat qnō  
intellect<sup>z</sup> fit in actu p<sup>t</sup> obiectū. Et intēdit q<sup>z</sup> qd<sup>t</sup>  
itas rei materialis ē obiectū nři intellect<sup>z</sup>. Et h<sup>z</sup>  
sic pbat. q<sup>z</sup> aliud ē magnitudo. i. suppositū in  
sine diffinitio. t etiā aliud ē aqua. i. suppositū  
in reb<sup>z</sup> phisicalib<sup>z</sup>. et aque esse id est quiditas  
in rebus phisicalib<sup>z</sup> t silr ē in oib<sup>z</sup> alijs reb<sup>z</sup> tā  
vle. vt cū in oib<sup>z</sup>. scz q<sup>z</sup> aliud sit suppositū et a/  
liud q<sup>z</sup>idas. q<sup>z</sup> in qbusdā scz i sepatiā a mate/  
riā. idē est caro et carnis esse. i. idem est supposi/  
tū t q<sup>z</sup>idas. Et ponit ibi caro p<sup>t</sup> exēplo in sepa/  
tatis. q<sup>z</sup> separata sunt nobis ignota sub suis  
p<sup>prijs</sup> noib<sup>z</sup>. ergo oportuit circuloq<sup>z</sup> talia se/  
parata p<sup>t</sup> aliq<sup>s</sup> materialia nobis nota. Ex his

## De Anima

Ergo sic dicit **Aresto**. q̄ aliud sunt suppositū et natura in materialib⁹ aliud scz in ordine ad potentia cognitua. sicut ergo suppositū cognoscit p̄ sensum. ita q̄ditas cognoscit p̄ intellectū q̄cqd autē cognoscit p̄ aliquā potentia est eius obiectū. ē ḡ alia potentia in nobis q̄ cognoscuntur singularia scz sensus q̄ p̄ se directe cognoscit hoc calidū hoc frigidū et alia particularia. Aut si sic eadem potentia cognoscens vñqz tunc illa potentia habet se aliter et aliter. quia talis potentia directe cognoscit vñscz intellect⁹ sed reflexe cognoscit singulare.

### Iterum ait ex his

Dic **Aresto**. nūdit vni tacite q̄stioni. q̄ possit alio dicere q̄ mathematicalia sunt abstracta a materia sic dī. i. phīcoꝝ. ergo videſ q̄ etiā in eis idē sit suppositū et natura sicut i alijs separatis et vult **Aresto**. q̄ q̄uis mathematicalia sunt abstracta a determinata et certa materia. q̄ non sunt i materia sensibili fm̄ rōnem. non tñ sunt separata ab oī materia sicut metaphysicalia. Differunt enī mathematicalia a phisicalib⁹. sic rectū a symo. q̄ rectū determinat sibi materiam nō tñ determinatā et certā. sed symū determinat sibi materiam certā scz nasum. oportet ergo q̄ si debeat mathematicalia intelligi q̄ etiā sepeſt a materia singulari imaginabili. Ex quo cōcluſit **Aresto**. vñā autoritatē q̄ sicut res sunt separabiles a materia. ita sunt intelligibiles. qđ est vñ si materia accipiat p̄ materia individuali ali ſue signata. q̄ res existentes in tali materia nō sunt intelligibiles directe. sed directe sunt sensibiles. oportet ergo q̄ res intellecta ſepetur a materia. Vñ p̄z q̄ illa q̄ sunt ſimplificata a materia ſunt ſimplificata intelligibilia et nullo modo sensibilia.

Querit Utz idē ſint eſtentia et ſuppoſitū. i. natura et ſuppoſitū. Dōm q̄ ſuppoſitū et natura p̄nt dupliciter capi. Uno p̄t referunt ad potentias cognitivas ſic **Aresto**. accipit hic natura et ſuppoſitū in teptu. Et ſic differunt natura et ſuppoſitū in materialib⁹. q̄ p̄ alia et alia potentia cognoscunt in ſuppoſitu cognoscat p̄ ſenſum et natura p̄ intellectū. ſed nō in imaterialib⁹. q̄ ibi natura et ſuppoſitū p̄ eandē potentia cognoscunt. Alio capiunt natura et ſuppoſitū absolute. ſ. abſc̄ ſcopatōne ad potentias cognitivas. et ſic vel inueniunt natura et ſuppoſitū in ente increato scz in deo. et ſic ſunt ſimplifici idē ppter ſimplicitate diuina q̄ nullā ſecū patit compositionē. Tel intelligit de natura et ſuppoſito in creatis et tñc natura et ſuppoſitū p̄nt capi dupliciter.

Uno p̄ciſe ſim q̄ reperiunt in p̄dicamento ſubſtatiſ ſeclusis oīb⁹ acciſtib⁹ q̄ ſunt in ſuppoſito et tñc natura et ſuppoſitū ſolū diſtinguit ſim rōne et nō realit. q̄ tñc ſe hñt ſicut ſupius et inſerius q̄ ſunt idē realit. Alio accipiunt ſim q̄ ſuppoſitū accipit ſim ea q̄ ſunt in ſuppoſito. et ſic diſferunt realit ſuppoſitū et natura. q̄ multa ſunt accia in ſuppoſitū et i materialib⁹ q̄ i materialib⁹ que realiter diſtinguit a natura. Exempli gratia. in ſubſtatiſ ſepatis ſunt iſta acientia intellectus et voluntas que realiter diſtinguitur a natura ſubſtantie ſepate. Et ſi arguat. ex hoc ſequeret q̄ nō erit maiora diſferentia inter natura et ſuppoſitū in ſepatis q̄ i materialib⁹ q̄ ē cōtra **Aresto**. vii. metaphysi. Diſcedū q̄ natura et ſuppoſitū in materialib⁹ et ſepatis accipiuntur duplicit. Uno q̄tum ad res diſtinctas. et ſic eadē diſtinctio manēdo in p̄dicamento ſubſtatiſ in ſepatis et materialib⁹ inter natura et ſuppoſitū quia eſt ſoluz diſtinctio rōnis. Alio accipiuntur natura et ſuppoſitū q̄tū ad illa que faciunt in ip̄is diſtinctōnē. et ſic ē maior dīna nature et ſuppoſitū i materialib⁹ q̄ i ſepatis et hoc ppter duo. Primo q̄t inuenit realis diſtinctio in toto contra q̄libet partē compatam ad totum qđ eſt quiditas vñ natura in materialib⁹. Exempli gratia. tam anima q̄ corpus ſepatim accepta diſtinguit realiter ab homine. hoc autē nō eſt i ſepatis cū ibi non ſint partes conſtituentes totū. q̄ ſunt forme tñ. Secō q̄ accia in materialib⁹ q̄ ſunt in ſuppoſitū gra quoꝝ ſuppoſitū diſtinguit realiter a natura. non ſunt de rōne nature nec ſpectat ad natura ſim q̄ hmōi. ſz accia i ſepatis q̄ repunt in ſuppoſito etiā coſequunt naturā ſim q̄ hmōi. Exempli gratia. in ſubſtatiſ ſepatis ſunt intellectus et voluntas q̄ coſequuntur natura. et ſuppoſitū in ſepatis. ex quo q̄libet ſuppoſitū h̄z in ſe totā ſuā naturā. ſed i materialib⁹ accia individualia nō coſequunt naturā nec accia ppria ſequunt ſuppoſitum.

Querit Utz q̄ditas rei materialis ſit obiectū nři intellect⁹. Dōm q̄ ſic qđ pbaſ duab⁹ rōib⁹. Prima. illud ē ppter obiectū alio potētie qđ p̄ ppriā ſpēm imutat tālē potētiā. ſz q̄ditas rei materialis imutat intellectū p̄ ppriā ſpēm. Maior p̄z in ſingulis potētijs. q̄a hoc eſt obiectum ſenſus cui p̄ ppriā ſpēs recipit in ſenſuz ut color in viſum. ſonus in audiū. et ſic de alijs. Minor pbaſ q̄ illi ſpēs intelligibil est apud intellectū cui fantasma ē apud ſenſuz ſed manifestū ē q̄ ſolum res materialis habet fantasma apud ſenſum. ergo ſolū talis res h̄z

## Liber

spēm intelligibilem apud intellectū. **Maior** pbaꝝ. qꝫ spēs intelligibilis aduenit intellectui possibili ex resultatōne fantasmatiꝫ p̄ lumē intellect⁹ agentis. si ergo resultat spēs intelligibiliꝫ a fantasmate. ergo cui⁹ fantasma nō ē apud sensum illi⁹ spēs intelligibilis nō ē apud intellectū. qꝫ deficiēt cā deficit ⁊ effect⁹. sed fantasma ē cā qꝫ spēs intelligibilis ē apud intellectū. **Minor** pbaꝝ qꝫ immaterialia nō hñt p̄ pria fantasmatā cū fantasmatā diffundantur per aliquā q̄titatē q̄ nō p̄t esse in immaterialibus cū ibi nō sit materia. **Sed** rō stat in hoc obiectū ⁊ potētia dñt p̄porcionari. sed intellectus ē forma cōiuncta materie sc̄z corpī līc̄z nō sit in organo corporeo. ergo ei⁹ obiectū dñt esse aliqd̄ materiale. sed nō p̄t esse materiale singulare qꝫ hoc solū cognoscit p̄ sensum. ergo tēb̄ esse materiale vñeline quiditas rei materialis. **Maior** p̄z qꝫ obiectū cōiungit ipi⁹ potētia. s̄z inter illa q̄ sunt cōiungibilia adinuitē necesse est esse p̄porcionē. **Ex** quo sequit⁹ q̄ intellectus solū h̄z apud se similitudines spēz specialissimaz ⁊ no generū. cui⁹ rō ē ex dictis sumenda. qꝫ ex fantasmatib⁹ resultat spēs in intellectū ⁊ fantasmatā sunt species singulariū. ḡ ille spēs resultat a fantasmatib⁹ q̄ repn̄tāt vlia p̄pinq̄ sima ip̄is singularib⁹. sed illa ē similitudo speciei specialissime. ergo apud intellectū solū sunt similitudines speciez specialissimaz.

**Ar.** Ex b⁹ sequeret⁹ q̄ solū intelligerem⁹ spēciē specialissimā qđ ē fallū. **Seqla** p̄z qꝫ solū hoc p̄cipim⁹ p̄ aliquā potētia cui⁹ similitudo ē apud illā potentiam. **Dōm** q̄ ista spēs intelligibilis spēi specialissime etiā ē imago representans oia supiora essentialit ad spēm speciālissimā. qꝫ q̄cūqz sunt realit eadē p̄ eandē unigenē repn̄tant. sic p̄z de imagine regis. q̄ representat hominem. aīal. corp⁹ aīatū. corp⁹. ⁊ sic de alijs. **Sic** igit̄ ē dōm ex quo supiora sunt realit eadē cū inferiorib⁹. ḡ etiā imago sive spēs intelligibilis spēi specialissime representat oia supiora q̄ s̄t essentialit eadē cū spē specialissima.

**Quenī** Quare tñc nō intelligim⁹ p̄mo spēciē specialissimā p̄ talē imaginē. sed primo intelligim⁹ p̄ eam ens. **Dōm** q̄ hoc p̄uenit ex defectu intellectus. ex quo enī intellect⁹ noster est in potētia sic etiā primo intelligit illa q̄ s̄t magis potentialia ⁊ illa sunt magis communia. **Sile** ē de sensu qꝫ sensus visus p̄ imaginē visibilē alicui⁹ determinate rei primo p̄cipit aliqd̄ singulare ipius cōis. sic aliqz videns hoīez ve[n]ientē primo cognoscit enī esse substatiā anqz cognoscit enī esse Sōrtē. ⁊ tñ in visu suo habz

## Tercius

spēm visibilē Sōrtis. In signū cui⁹ vbi est p̄fectus intellect⁹. sicut in substatiā separatis ibi primo intelligit p̄ tale imaginē spēm specialit̄ simā qđ cōtingit p̄pter p̄fectione intellect⁹ eaꝫ. **Ar.** Si solū similitudines spēz specialissima r̄n sunt apud intellectū. ḡ q̄ditas rei materiales nō ē obiectū nostri intellect⁹. qꝫ q̄ditas nō est species sed gen⁹. **Dōm** q̄ ista locutio similitudines spēz specialissimaz vel q̄ditaris sūt apud nostrū intellectū potest duplicitate intelli-gi. Uno modo fīm q̄ ibi accipiat quiditas fīm suppositionem psonalem. sic q̄ vna quiditas rei materialis sit apud nostrū intellectū. et sic est locutō falsa. Alio modo p̄t intelligi fīm suppositionem simplicem. ⁊ sic est vera. quia species illius quiditatis et illius sunt apud nostrū intellectū. qꝫ quelibet quiditas rei materialis si est intellecta habet suam p̄priam speciem apud nostrū intellectum.

**Arguit** Substantie separe p̄cipiunt p̄ nostrū intellectum et non continent sub quidita rei materialis. quia tales non habent. ergo intellect⁹ sed aliqd̄ cōmunius. **Dōm** q̄ nō omne qđ quocunq̄ modo cognoscit p̄ aliquā potētia ē obiectū illi⁹ potentie. sed qđ cognoscitur p̄ talē potentia fīm ei⁹ p̄priā specie. sicut visus cognoscit magnitudinē q̄ tñ nō est obiectū visus. q̄ species magnitudinis nō venit ad vim sed coloris. **Silr** est hic dicēdū q̄ substātie separe nō cognoscunt p̄ intellectū sic q̄ species eas sint apud intellectū. sed ex cognitione rerum materialiū nos manuducimur in cognitionē rey immaterialiū. ⁊ h̄o p̄figit triplicit. Uno modo p̄ viā similitudinis sive reluentie. Alio modo p̄ viā remotionis. Tercio modo p̄ viā p̄portionis. Per viam similitudinis. qꝫ q̄cūqz inuenimus in istis inferioribus aliqua similitudinem ad substatiā separatas. ⁊ per totam similitudinem dicimus hoc idem esse in substatiā separatis. qđ est in istis inferioribus. sicut cognoscimus deum intelligere ex hoc q̄ homo intelligit. Per viam remotionis. sicut dicimus item p̄ viā p̄portionis cognoscimus numeruz substatiā separatz p̄ numerū motū celestium erit immateriale. **Dōm** q̄ materia capiēt duplicit. Uno pro materia signata. i. determinata a tali materia. qꝫ talis materia facit in rebus singularitate sive individualitatem. s̄z singularare materiale nō p̄t directe intelligi p̄ intellectū. ḡ

talis materia impedit directā intellectionē intellectus. Alio<sup>o</sup> accipit materia p materia i specie sive in cōi. et sic etiā materia ē aliquo mō for male. et h̄z se sic aliqd imateriale p compatōne ad materiā signatā. Et sic dicit Aresto. in scđo phīcoꝝ. q̄ p̄tis diffinitōis sunt formales et per p̄tis imaterialis. p hoc d̄r q̄ q̄ditas rei materi alis ē imaterial. qz n̄ includit matiā individualē.

**A**rguit maior ē ppō immaterialū ad im materialia q̄ immaterialū ad materialia. sed itel lectus ē imaterialis. ḡ ei<sup>o</sup> obiectū erit q̄ditas rei imaterialis. Dōm q̄ duplex ē pportio. q̄ dam est in natura. et talis pportio nihil facit ad cognoscibilitatē. qz illa q̄ sunt similia in na tura non sp ab inuicē cognoscunt. Alia ē ppor tio fm spēm rei cognite fm q̄ dicim<sup>o</sup> q̄ silitu do rei cognite ē in cognoscente. et talis similitu do facit ad cognitōe alicui<sup>o</sup>. et tale similitudine h̄fit materialia ad intellectū nostrū. qz pos sunt esse in intellectu fm spēm intelligibilem. Simile p̄t inueniri in sensu. qz illud non co gnoscit p̄ visum qd̄ ē ei simile in natura. quia tūc visus cognosceret auditū. qz auditus ē na turalis pōna sīc visus. sī visus magis cognoscit illud qd̄ ē in ipo fm spēm visibile licut e colori.

**A**rguit Vide<sup>o</sup> q̄ ens sit obiectū intellectus qz illud ē obiectū nostri intellect<sup>o</sup> qd̄ primo ca die in nostrū intellectū. sed fm. **A**uicennā ens primo cadit in intellectū. ergo ē ei<sup>o</sup> obiectum. Dōm q̄ illud nō ē obiectū alicui<sup>o</sup> potentie qd̄ qlitercuꝝ cognoscit p̄ talē potentia sed qd̄ cadit in ipam p̄ p̄priā spēm. sed spēs entis non cadit in nostrū intellectū. sed species intelligibilis quiditatis rei materialis. cum talis statū diffundatur a fantasmatice ut dictum est.

**A**rguit Obiectū alicui<sup>o</sup> habitus nō p̄t ex cedere obiectū potentie in q̄ est talis habitus. sed ens est obiectū sapie q̄ est habitus intellectus. ergo etiā erit obiectū intellectus. Dōz q̄ obiectū alicui<sup>o</sup> potentie p̄t tripliciter assignari. Uno<sup>o</sup> fm cōunitatē pdicatōis fm qillō dicit obiectū alicui<sup>o</sup> potentie qd̄ quocuꝝ mo do p̄ talē potentia p̄t cognosci. et sic visibile p̄t dici obiectū viſus. et ens obiectū intellectus. Alio<sup>o</sup> assignat obiectū alicui<sup>o</sup> potentie fm pri mitatē appropriationis et tūc illud d̄r obie cto alicui<sup>o</sup> potentie qd̄ primo appropriaſ talis potentie. i. qd̄ p̄ p̄priā specie immutat potētia et sic color est obiectū viſus et q̄ditas rei mate rialis ē obiectū intellect<sup>o</sup>. Tercio<sup>o</sup> assignat ob lectū penes formalitatē obiecralis rōis. et tūc d̄r illud obiectū sub cui<sup>o</sup> rōe refert res cognita ad ipam potētia. et sic lumen p̄t dici obiectū viſus.

et vez obiectū intellect<sup>o</sup>. qz oia que vident sub lumine vident. et oia que intelliguntur sub rōe veri intelliguntur. Per hoc ergo ad argumentū dicis q̄ obiectū alicui<sup>o</sup> habitus nō p̄t excedere obiectum. sive potentie vel p̄priū vel cōmune q̄nus ergo obiectū sapientie excedat obiectum p̄priū intellectus sc̄z quiditatē rei materialis. non tñ excedit obiectū qd̄ sumit fm cōitatem pdicatōis qd̄ ē ens. Uel p̄t dici q̄ quiditas rei materialis capi<sup>o</sup> duplicit. Uno<sup>o</sup> fm se. et sic ens multū excedit quiditatē rei materialis. Alio<sup>o</sup> mō accipit fm illa q̄ aliquo modo sunt re ducibilia ad quiditatē vel sicut principia vel sicut p̄prietates vel sicut effectus. et sic omne ens coprehendit sub quiditate. qz de<sup>o</sup> et substā tie separe sunt principia q̄ditatis et accia sunt p̄prietates quiditatis. ergo oia entia p̄ ipam q̄ ditatem cognosci possunt.

**A**rguit Vide<sup>o</sup> q̄ vez sit obiectū nostri intellectus. pbaſ qz sicut se h̄z bonū ad appetitum ita se h̄z vez ad intellectū. sed bonū ē obiectū appetit<sup>o</sup>. ḡ vez erit obiectū intellect<sup>o</sup>. Dōz q̄ vez capi<sup>o</sup> duplicit. Uno<sup>o</sup> mō formalit fm q̄ est passio entis. et sic nō ē obiectū nostri intellectus ppter duas causas. Prima ē qz nimis ex cedit nostrū intellectū cū cōuertat cū ente. Se cūda cā ē. qz est conditio circa rem intellectam et nō ē res intellecta. Alio<sup>o</sup> accipit vez materia liter p illo qd̄ ē vez. et sic adhuc capi<sup>o</sup> dupli cter. Uno<sup>o</sup> incōtracte et sic excedit intellectū no strū. qz sicutā inuenit in immaterialib<sup>o</sup> q̄ nō p̄t cognoscī a nobis. Alio<sup>o</sup> accipit p̄ vero cō tracto ad vez materiale. et tūc iter excedit intellectū nostrū fm primā eius op̄tōrem. si ergo vez d̄r esse obiectū p̄pacionatū intellect<sup>o</sup> fm primā ei<sup>o</sup> op̄tōem. oportet accipe vez materi aliter cōtractū ad vez materiale qd̄ ē simpler et sic ē idē qd̄ quiditas rei materialis. qz tñ re riū significat quandā conditionē circa obiectū i tellect<sup>o</sup>. ḡ n̄ p̄uenīter p̄t poni obiectum intellectus.

**A**fr. Vle ē obiectū intellect<sup>o</sup>. qz nihil intelli git nisi vle salte directe. Dōz q̄ vle capi<sup>o</sup> du plicit. Uno<sup>o</sup> formalit put significat quedā in tentionē sc̄dā factā p̄ intellectū. et sic vle nō p̄t esse obiectū intellect<sup>o</sup>. qz sic sequit cognitōrem primā intellect<sup>o</sup> ex hoc enī q̄ q̄ditas cognoscit ut cōcabilis multis intellect<sup>o</sup> sibi attribuit se cundā intentionē ut esse gen<sup>o</sup> vel specie. Alio<sup>o</sup> capi<sup>o</sup> vle materialit et sic significat naturā cui p̄t attribui sc̄dā intentio. et sic iterum capi<sup>o</sup> du plicit. Uno modo cōiter put se extēdit ad oē vle. et sic est nimis cōc. qz vle in immateriali

## Liber

bus nō immutat intellectū p propriā spēm. Alio<sup>o</sup> accipit vle pro vli materiali. et sic ē idem q̄ quiditas rei materialis. t ideo p̄t poni obiectū sicut quiditas sed nullo modo formaliter. sed tñ cōuenientius ponit quiditas pro obiecto. qz vle materiale etiā extendit se ad genera sed genus nō habet suā spēm in intellectu sicut sp̄s specialissima.

**Q**uerit Utrū singulare posset cognosci per nostrū intellectū. Dōm q̄ duplex est singulare. qdā ē materiale vt Sortes. qdā est immateriale vt hic Gabriel. Si ergo intelligat q̄stio de singulari imateriali. Dōm ē q̄ directe p intellectū cognosci p̄t q̄z uis nō proprie cognoscat ab intellectu nro propter defectū intellectualitatis nr̄. Ex quo p̄t q̄ singulare p̄cise nō impedit intellectionē directā. sed singularitas cu materialitate. Si vero intelligat de singulari materiali tūc dī q̄ singulare materiale nō p̄t directe cognosci p intellectū sed reflexe. Illud aut cognoscit directe per aliquā potentia cui sp̄s ē i potētia cognoscēte sicut color p visum. qz ergo sp̄s intelligibilis quiditas rei materialis ē apud intellectū sic quiditas directe cognoscit p intellectū. sed sp̄s ipi<sup>r</sup> rei singularis nō ē apud intellectū. q̄ singulare nō intelligit p intellectū directe. s̄z reflexe. Est enī cognitio reflexa qn̄ intellectus nr̄ applicat specie intelligibile immateriale ad fantasmata alicuius rei singularis t in tali specie applicata cognoscit singulare.

**Q**uerit Utrū eodē mō cognoscant natura et suppositū. R̄ndet q̄ loquedo de natura et supposito materialiū tūc suppositū q̄stum ad sua accia p se cognoscit p sensu exteriore. sed suppositū acceptū substancialē cognoscit p sensum interiorē sc̄z cogitatiū vel estimatiūam. Natura aut cognoscit directe p intellectū. p̄t etiā intellectus cognoscere singulare sed reflexe sc̄z p hoc q̄ reflectit supra fantasmata. Sunt aut fantasmata forme qb̄ sit fantasia. fantasia aut est act<sup>r</sup> sensu interior. et ideo species reservata in sensibus interiorib<sup>r</sup> dicunt fantasmata. cū ergo intellect<sup>r</sup> reddit supra illas species tūc intelligit singulare.

**A**lr. Ex hoc seq̄et q̄ intellect<sup>r</sup> sp cognosceret singulare. qz intellect<sup>r</sup> nr̄ in intelligēdo semper vti fantasmatib<sup>r</sup>. s̄z fantasmata rep̄ntat singulare. q̄ intellect<sup>r</sup> sp intelligit singulare. Dōz q̄ intellectus nr̄ duplicit vti fantasmatibus. Uno<sup>o</sup> cōuertēdo se ad fantasmata. i. qn̄ cognoscit vle et videt intelligibiliū hoc vle in fantasmatib<sup>r</sup>. t nō manet apud fantasmata sed intel-

## Secundus

ligit hoc qd̄ rep̄ntat p spēm intelligibile. et sic est vez q̄ sp̄ intelligēdo etiā aliqd̄ vle cōuertit se ad fantasmata. vt p exemplum ista positū de triangulo. Alio<sup>o</sup> vti intellect<sup>r</sup> fantasmatibus reflectendo se supra fantasmata. th̄ est habere ordinē ad fantasmata sic ad terminū cognitōis. et hoc cōtingit qn̄ intellect<sup>r</sup> iam respicit fantasmata fm q̄ hmoi. et sic nō intelligit vle sed p̄ticularē et individualē. Exemplum hui<sup>r</sup> p̄t dari de triangulo. qz demonstrans passione trianguli inesse triangulo accipit triangulum in coi. qz passio trianguli nō conuenit isti triangulo. t tamē exp̄lificat de aliquo p̄ticularē trianguli sed qz oñdī hoc qd̄ dī de triangulo in coi inesse ibi p̄ticulari triangulo.

**A**f. Términus cognitōis dī correspondere p̄ncipio cognitionis. sed intellect<sup>r</sup> intelligit naturā p compationē ad fantasmata. ḡ intelligit natura vt in singulari et nō in vli. Dōm q̄ duplicit intellect<sup>r</sup> vti fantasmatib<sup>r</sup>. Uno<sup>o</sup> sic termino sic q̄ fantasma habeat se vt directe representans ipm cognitū p intellectū. t sic intellectus intelligit singulare. qz sic fantasma habet se vt terminus cognitionis nō absolute sed respectu illi<sup>r</sup> qd̄ rep̄ntat p fantasmata. Alio<sup>o</sup> intellectus vti vltur fantasmate nō sicut termino s̄z sicut medio quo inua<sup>r</sup> ad cognitionē vli. t sic intellect<sup>r</sup> etiā vteodo fantasmatib<sup>r</sup> intelligit vle.

**A**rguit. Sensus nō cognoscit vle. ḡ nec intellectus singulare. Dōm q̄ nō est simile. qz quicqđ p̄t potētia inferior hoc etiā p̄t superior et cā hoc plus sed intellectus ē superior sensu igit.

## Dubitabit aut uti

Postqz Aresto. posuit cōditiones intellectus et q̄no fiat in actu p obiectū et specie. Dicō sequenter mouet duas dubitationes circa pd̄cta. ex quo enī dictū est q̄ intellectus patif ab intelligibili. arguit Aresto. sic. Quicqđ patif ab alio cōicat cā eo in materia. vt p̄mo de generatione. sed intellect<sup>r</sup> nō h̄z materiā. ergo nō p̄t pati ab aliquo.

## Simplius autem si

Hic mouet secundā dubitationē t oris ex hoc. qz dictū ē q̄ qn̄ intellect<sup>r</sup> ē fact<sup>r</sup> in actu p speci ista q̄stio. An intellect<sup>r</sup> sit cognoscibilis absqz specie intelligibili sibi cōiuncta. t si sicut tūc ē q̄stio quare alia intelligibilia nō intelliguntur sicut intellectus. si aut intellectus est intelligibilis p specie intelligibile alioz. tūc intellect<sup>r</sup>

*est intelligibilis, sicut alia intelligibilia, q̄a illa intelliguntur p̄ specie intelligibilem.*

**Sicut patiquidē s̄m**

